



8985

1775, 21.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN

SERVITIA RVSTICA PRINCIPI
PRAESTANDA VENIANT
EX POSSESSIONE PRAEDIORVM
RVSTICORVM

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISEVVRGENS.

S O C I O

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XV. APRIL. ANNO MDCCCLXXXV.

DEFENDET

ERNESTVS GOTTLIEB KAEPLER

KRISCHA' LVSTAT.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA



IVRIS GONTOVERSI

REVILLA RYSSICA PRAESIDI
PRAESIDIANDA VENTUR

IN CHRISTIANO HUIUS ERITING

IN AVDITIO IVRIS
DIE XV APRIL ANNO 1788
ERNESTVS GOTTIEB KEMNER

EX OFFICINA





AN
SERVITIA RVSTICA PRINCIPI
PRAESTANDA VENIANT
EX POSSESSIONE PRAEDIORVM
RVSTICORVM



§. I.

Sicuti omnino subditis et ciuibus communis est obligatio, vt omne suum conferant, quantum possunt, quo finis obtineri ciuitatis possit, et sic ad onera reipublicae ex bonis suis ferant; ita Principi ius perfectum competat necesse est in bona subditorum, vt ex iis ea exigat, quae ad reipublicae necessitatem requiruntur. Frustra itaque de *dominio supereminenti* maiestati competenti disputant, quippe et defendi et impugnari illud poterit, pro vti vocabuli significatus constituitur. Habet utique dominium supereminens, si subintelligas ius exigendi a ciuibus ex bonis, quae ad necessitatem reipublicae faciunt. Non habet, si subintelligas

A 2

ligas



ligas summam et arbitrariam principi competentem potestatem de subditorum ciuiumque bonis disponendi eaque ipsis eripiendi. Hoc ius sane nunquam princeps bonus sibi sumfit, neque ideae conuenit reipublicae, cum se suaque submittant imperio, quo securitate et communi defensione fruantur, non, ut spolientur, supprimantur. Securitatem debet imperium non personis ciuium tantum, sed et bonis eorum.

§. II.

Sicuti vero subditorum bona nexa sunt Reipublicae necessitati, ita ipsi subditi ciuesque obligantur, cuncta agere, quae ad reipublicae communem finem faciunt. Hinc antiquitus in ciuitatibus communis erat ciuium obligatio, suam defendere tuerique armis rempublicam. Hinc omnes ciues milites, indeque respublica militaris, qualis antiquae Germaniae status fuerat. Nec videtur alia Romanis fuisse causa, cur illa munera, quae occupata erant in Reipublicae administratione, uidelicet magistratus, magis dignitate et honore compensarentur, quam salario. Et videntur ita quoque sensisse Iureconsulti, qui consiliis Praetoribus pro tribunali aderant, quasi officium ciuitati magis, quam magistratui gratis praestarent, ad quod praestandum ut ciues obligati. Nec a notione subditi et ciuis separari potest haec obligatio, licet non amplius gratiose officia praestentur. Aequitatis ratio magis obseruata effecit sane, ut qui persona sua, arte, scientia inseruiant necessitati et utilitati communi, cum alii propriam utilitatem promoueant, ab his datis salariis sportulisque illorum labor et studium communi ciuitatis fini inseruiens compensetur.

§. III.



§. III.

His ergo praemissis ex vniuersali publico iure principii ad nostram quaestionem veniamus: Scilicet an, quas maiestati rustici praestant officia, ex personae nexu, an ex praedii iure praestentur. Sicuti maxime duplex rusticorum genus est, aliud seruum, aliud liberum, siue imperfecte liberum, ita obligationes eorum diuersas habent causas vel in nexu personarum, vel in ipsis fundis; ita quas adimplent obligationes siue in praestandis operis, siue in certis dationibus consistunt, homines proprii potius ex nexu personae veniunt, ipsisque priorum hominum corporibus inhaerere videntur. At secus, si eorum, qui imperfecte liberi sunt, rustici operas et alia praestanda intuemur. Cum enim in eorum corpora nemini ius competat, id libertas eorum haud patitur; ita fieri nequit, vt ex corporis nexu operae censusque exigantur. Necessè itaque est, vt praediis ipsis inhaereant. Neque obstat, quod ex pacto veniant forsitan manumissioni primum adiecto, post etiam cum rusticis inito liberis de censu et operis praestandis. Videri sane posset, obligationes has ex personae nexu venire debere, cum persona eas promittit. Sed sicuti promissionis causa semper fundus, seu gleba rustica est, ita magis in rem pacti sunt dominus et rusticus, vt hic promittat illi ex fundi possessione se operas reliquaue praestitutum. Non adlego consentientes, quippe communis prope est peritorum iuris germanici aduertum.

§. IV.

Sed cum his operis nihil nobis negotii est. Praestant rustici et aliud operarum genus, quod non hereditarius dominus exigit et exigere potest, (dominus enim iurisdictionis, ni sit simul hereditarius, operas haud exigere



valet, nisi vel conuentio, vel praescriptio adfit) sed quae territoriali domino, imo magis ipsi reipublicae praestantur. Referuntur ad ea sic dictae *Landfolgen*, *Krieger - Führen*, *Burgfesten*, *Hofführen*, *Weg Besserung*. Adde *Wegweisen*, quae militibus transeuntibus praestantur, *Einquartirung*, quae et ad operas praestandas rusticorum interdum referri debent. Facile patet, haec seruitia cum domino territoriali vel immediate vel mediate inseruiant, vnice ex idea subditorum, qui sua persona obligati quoque reipublicae, venire. Sic ex communi defensionis iure ratio extat *der Krieger Führen*. Cum enim militia stipendiaria et ordinatio introducta non amplius tanquam milites seruiant reipublicae, tamen conferre tanquam subditi et bonis, et personis sua debent. Hinc veniunt eae obligationes, quae militibus praestantur. Veniunt et reliquae obligationes eiusdem generis.

§. V.

Negatur itaque ex bonorum praediorumque ratione easdem obligationes deduci. At obiici potest, in iis semper rationem habendam esse possessionum seu fundorum. Quis enim dubitat solis casariis, seu qui casas habent, non vero rei agrestri vacare debent in colendo agro, seruitia illa, quae iumentis praestari solent, imponi non posse. Praeterea obseruauimus in curandis receptionibus militum seu metatis praestandis ad diuersitatem fundorum rusticorum respici. Ita enim in manus venit RESCRIPTVM *Electoral. Saxonicum de A. 1770.* ad Praefecturam aliquam in causa controuersa inter rusticos et casarios, in quo Serenissimus ita disposuit: *So finden wir vor billig, das sämtliche 13 Häufster pro futuro zusammen nach Einer Hufe in Marsche bequartiret werden.* Sed salua res est. Aliud enim est in
distri-



distribuendis seruitiis personae rationem habere ex qualitate possessionum et patrimonii, ne plus imponatur, quam praestare potest: aliud vero est, si in ipsam obligationis causam inquirimus.

§. VI.

Quapropter si exigantur seruitia, quae iumentis praestanda, tenentur quidem rustici, ut subditi territorii ex idea subiectionis ad illa seruitia; at cum ultra posse nemo possit obligari, ita dubitari nos non patiuntur causae circumpositae, ut ab illo qui plane iumentam nec alere potest, nec debet, neque *Krieger Fuhren* neque *Hoffuhren* et similia exigantur. At si illa seruitia ita sunt comparata, ut manibus vel pedibus tantum praestari possint, neque singularis personarum qualitas requiratur, nihil in iis praestandis interesse, an fundos rusticos possideant, an casae tantum. Ita sane etiam iudicasse *Serenissimum Electorem* in RESCRIPTO allegato. Cum enim in monstrandis viis officia negarent casarii, tantumque id onus possessoribus fundorum rusticorum seu Hubariis imponendum censerent: litem dirimebat Serenissimus in hunc modum: *Als mögen Sich sämtliche Häusler zu H. weder der Mitleidenheit bey March-Einquartierung noch der Concurrenz bey dem aufser der Bequartierung bey Durch-Marschen vorkommenden Bothgehen oder Wegweisen gänzlich entbrechen. Und da es eines Theils bey denen Militaer Praestationen nicht so wohl auf hergebrachte Observanz oder Praescription sondern auf die Billigkeit und die Conseruation eines Unterthanen neben den andern ankomt, andern Theils aber, der von einigen Häuslern vermuthlich vor die eingeräumte Gemeinde Grund Stücke zu entrichtende Commun: Zins mit denen Militaer Praestationen gar nicht zu vermengen, &c. &c. So finden &c. und das Bothen gehen oder Wegweisen bey der Quar-*



Quartierung des Dorfes wie zeither priuatiue, außser dem aber bey Durch-Märschen in denen in der Ordonanz §. 23. vorge-schriebenen Fällen mit denen begüterten übrigen Einwohnern zu-gleich der Reihe nach verrichten.

§. VII.

Sicuti vero ex subditi obligatione hæc veniunt, ne-que in regula casarii se obligationi subtrahere possunt, quod sunt subditi; videtur tamen exceptio quaedam admittenda, si scilicet contingat, vt cum hereditario domino et Hubariis pacta interueniant, quibus vel hereditarius dominus vel Hubarii sese obligarunt, immunes velle inter se esse a mon-strandis viis casarios: forte quod hi ad alia præstanda se obligauerint, cum tale pactum non vergat in præiudi-cium principis ipsiusque iuris; ita sane non quidem casa-rii iussui maiestatis se opponere possunt, at vel a domino hereditario, vel ab hubariis, cum quibus pacti, postulare pos-sunt, vt immunes habeantur, vel si ad præstanda illa seruitia fuerint coacti, neque defensi aliis exhibitis personis, qui casa-rriorum loco vias monstrarent, posse eosdem, vt propterea indemnes habeantur, iure petere.



Leipzig, Diss., 1775 A17

ULB Halle

003 719 030


3



SB

AD 18





8925

1775, 21.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
SERVITIA RVSTICA PRINCIPI
PRAESTANDA VENIANT
EX POSSESSIONE PRAEDIORVM
RVSTICORVM
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.
SOCIO
IN AVDITORIO IVRIDICO
DIE XV. APRIL. ANNO MDCCCLXXV.
DEFENDET
ERNESTVS GOTTLIEB KAEPLER
KRISCHA LVSAT.

LIPSI AE
EX OFFICINA LANGENHEMIA